



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quo tempore facta est descriptio?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

tutis celsa, censuum professio exigitur, non consilio populi, aut optimatum sed peregrini atque exteri domini iussu, & quæ dicitur quod ita visum principi fuerit, alias etiam *αἰσχρογυα* vocatur. Non tamen omnino ablata libertas erat, & scepit enim, nam Græcis, & Perlis, atque adeo Aegyptiis olim tribuitur pendebant.

§. 2. *Disylli*, Augusti erat annus 42. annus 30. post Adiacam Victoriam, ætatis 62. illis igitur parentes Christi professione servitutis descripti sunt, sed læi præfata Saluatoris.

Quidam solos viros, alii solos patres familias, nonnulli itineas, ac pueros descriptos aiunt. Maldonatus in postrema est sententia, quia Maria comitatur, & tributi causa citabatur. Christus etiam descriptus est, si parentes eius post circumcisionem, qua nomen accepit, censi sunt. Christus (inquam) tabulis censibus inscriptus est, infantes enim censibantur, & ætatem probabant ex censu. Moris fuit Romanis omnes censeri. Edicto Seruii Tullii parentes, pro nascibus Lucinæ; illi quicumque ex pueritia egressi prætatem ponebant iuuentæ; morientes Lucinæ certam pecuniam pendebant. Verum hæc ad censum non pertinent. Ius Romanum omnes cuiuscunque ætatis ad censum, & professionem vocabat. Halicarnas lib. 4. Quod si natus est, & circumcisus, durante descriptione postea ex responso Iurifconsultorum inscribentur, id enim fieri solebat. Nemo tamen ante diem octauum inscribentur; eo enim die feminis nomen, nono maribus imponebatur: erat enim dies ille Iusticus. Pomp. verbo *Lustrici*. Ciceronis tempore cura illa prætorum fuit, ut constat ex eius pro Archia poetâ oratione. M. Antonius Philadelphus intra diem tricesimum natos ad præfatum ætatis descripti iussit, nomenque imponi, & per provincias eum in fine tabularios instituit. Capitolini Maxo Antonino. Simile aliquid Franciscus rex Francorum de baptizatis ut narrat *Rebuff. tract. 1. de regibus baptizatis*, instituit. Postea Syris privilegio cautum est ne censentur impuberes. *Leg. de ætate r. 15. c. 10. Et ætatem in censendo significare necesse est: quia quilibet annis tribuit, ne tributo onerentur, veluti in Syriis à quatuordecim annis usque, à quatuordecim sexmine usque ad sexagimum quintum annum tributum capitis obligantur, cui autem spectatur censendi tempore.*

Quidam igitur ante Christum natum professi sunt, & tamen adhuc census pendebant, neque dum erant tabule conscriptæ, & perfectæ, post dies octo proficere oportuit. Eadem lege §. 9. *Qua post censum editum nata, aut postea quaesita sint, intra finem operis consummati, professionibus editi possunt.*

QVÆSTIO III.

Quis finis descriptionis?

§. 1. *Αἰσχρογυα* est, nomen suum, & familiam profiteri, & in publicis tabulis describi. Syrus retinet verbum describendi *דנתי* denethecand. Vincentius negat descriptionem esse censuam; hoc est, facultatum æstimationem, aut pensitationem. Sed Ambros. hoc loco, ut censum, inquit, profitemur universis orbis. & Tertullian. lib. 4. cap. 7. contra Marcionem. *Censum Iudæa fidelissimum testem Natiuitatis Christi, etiam sua ætate in archiis Romanis asseruatam testatur.*

Gagnæus, ubi nati. Caiet. Vnde oriundi erant, hoc est, ubi familia fuit, professos voluit.

§. 2. De descriptione agit Suidas verbo *αἰσχρογυα* Sigon. de iure antiquo Italiae lib. 3. cap. 21. Salin. T. 1. tract. 32. Professio civium erat, descriptio ministri non opus. Ex omnibus vero constat, non modo numerum civium quaesitum esse, sed etiam opes.

§. 3. Erasmus censet melius dictum esse, ut censetur, præfert autem professionem descriptioni. Vlpianus professionem cum censibus coniungit. *Vicia priorum censuum aut nouis professionibus etiam nascere, ita pudentia docet lib. 50. nec dubium esse potest, Romanum morem consideranti. Constat sane de omnibus minurim professos. Eodem titulo: Forma censuali cauetur ut agri sic in censum referantur: Nomen fundi cuiusque, & in qua ciuitate, & quo pago sit, & quos duos vicinos proximos habeat, & id aruum quod in decem annos proximos satum erit, quot iugerum sit vinea, quot vites habeat oliua, quot iugerum, & quot arbores habeat pratum, quod intra decem annos proximos satum erit, quot iugerum: pasca, quot iugerum esse videantur, item sylua cadauca, omnia ipse, qui descript, æstimet. Illam æquitatem debet admittere censor, Omnis censi officio eius congruat. releuari eam qui in publicis tabulis descripto modo frus, certis ex causis non possit. Quare, etsi agri portio chasmate perierit, debet per censitorem releuari. Si vites mortuae sint, vel arbores aruerint: iniquum eum numerum inferi censui. Quod si exciderint arbores vel vites, nihilominus eum numerum profiteri iubetur, qui fuit censu tempore: nisi causam excidendi censitori probabit.*

retur, præfert autem professionem descriptioni. Vlpianus professionem cum censibus coniungit. *Vicia priorum censuum aut nouis professionibus etiam nascere, ita pudentia docet lib. 50. nec dubium esse potest, Romanum morem consideranti. Constat sane de omnibus minurim professos. Eodem titulo: Forma censuali cauetur ut agri sic in censum referantur: Nomen fundi cuiusque, & in qua ciuitate, & quo pago sit, & quos duos vicinos proximos habeat, & id aruum quod in decem annos proximos satum erit, quot iugerum sit vinea, quot vites habeat oliua, quot iugerum, & quot arbores habeat pratum, quod intra decem annos proximos satum erit, quot iugerum: pasca, quot iugerum esse videantur, item sylua cadauca, omnia ipse, qui descript, æstimet. Illam æquitatem debet admittere censor, Omnis censi officio eius congruat. releuari eam qui in publicis tabulis descripto modo frus, certis ex causis non possit. Quare, etsi agri portio chasmate perierit, debet per censitorem releuari. Si vites mortuae sint, vel arbores aruerint: iniquum eum numerum inferi censui. Quod si exciderint arbores vel vites, nihilominus eum numerum profiteri iubetur, qui fuit censu tempore: nisi causam excidendi censitori probabit.*

De loco eodem modo. Is vero qui agrum in alia ciuitate habet, in ea ciuitate profiteri debet, in qua ager est, agri enim tributum in eam ciuitatem debet leuare, in cuius territorio possidetur.

Nec modo libera capita, sed serui quoque deserebant eadem lege: §. 3. *In seruis deserendis obseruandum seruantur. est. ut & nationes eorum, & artes, & officia, & artificia specialiter deserantur.*

Serui censentur quia pars erant possessionis. Itaque *δουλοαποδου* est describi. Verum noster vsus est verbo quod proprium erat Romanorum qui describentur; familiam enim & facultates indicare cogebantur.

§. 4. Nec obstat quod suum Iudæa regem haberet, Herodes enim ut Appianus ait regnabat *Ἡρῴδης τριβουταριος*, tributo constituto. Vide de hisce Iosephum lib. 18. ant. c. 1. Ambros. sæpe descriptionem factam esse docet, ideoque hanc non terrarum, sed mentium esse professionem. Quod spiritualiter recte dicitur, si de fine quem terrena descriptio spectabat, loquamur. Alioqui hæc prima facta est sub Cyrino, cum alia postea sub eodem factæ sint.

QVÆSTIO IV.

Quo tempore facta est descriptio?

§. 1. Iosephus lib. 17. ant. c. 15. & lib. 18. c. 1. in aliud plane tempus descriptionem Cyrenianam conseruit, nempe eum mortuus Herodes, in exilium pulsus est Archelaus. Cum igitur Archelaus nouem regnarit annis, & Herodes aliquamdiu Christo in Aegypto profecto vixerit, apparet illum decem aut vndecim annos descriptionem natiuitate Christi posterorem facere.

Qui Iosephum excusare conantur, Evangelistas accusant, aiunt ante mandatam, sero perfectam; at Christi parentes iam censentur, & ob multitudinem deceret locus in diuersorio. Itaque Maldonatus Iosephum citasse profiteretur, & in apparatu Baronius. Vixit ille tempore Vespasiani & Titi, sub Domitiano historiam scripsit. Matthæus & Lucas res sui temporis literis consignauit, quas omnes, qui quadraginta essent annorum aliquo modo, qui quinquaginta optime nosse poterant.

§. 2. Describitur per Cyrinum facta præfide Syria quia Romanis census. Herodes autem quamuis rex, vespasialis tamen Romanis erat, adeo ut de filio in iussu Augusti cognoscere, & indicare non auderet. Ideo temporis ratio, ex præfide officio non regis annis accipitur. Syrus habet, in præfideu Cyrini in Syria, vritur autē gæco verbo *Κυρηνος* Augustam, hæc Cyrenus aliorum operum vltis

Handwritten marginal notes in red ink, including the word "Herodes" and other illegible characters.

Herodes rex tributarius.

Evangelistæ res sui temporis scribunt.

fa vltis

ra vsus est, vt iam ostendam Tertullian. lib. 4. contra Marcionem cap. 19. fuisse Sentium Saturninum asserit. Non est in historia Romana, quod Liuui & Dionis opera perierint, Taciti non attingant ea tempora. Apud Iustinum mentio est ad Antoninum.

Tēpus praefectura Cyreniana.

§. 3. Difficile quibusdam apparet, quomodo Cyrenius hoc tempore fuerit Syriae praefes.

Beza Cyrinum non negat Syriae praefidem fuisse, sed eo tandem deuenit vt neget Cyrinum fuisse praefidem Syriae eo tempore. Eius discursum proponam vt lector videat, quam aucter explicando, Lucae fidem in dubium vocet. [Nominē, inquit, & quomodo] vtuntur generalius hi scriptores, immo & Iosephus ipse, quamuis inter praefides prouinciarum & procuratores Caesaris, qui proprie *ἡγεμόναι* vocabantur, plurimum interesset. Vulg. a praefide Syriae Cyrino, quod ex Euangelistae verbis colligi non potest, vt qui potius quando, quam a quo sit ista facta descriptio dicere videatur, nisi malimus factum a Cyrenio dici, quod ipsius vt praefidis imperio sit factum. Nec enim temere scripsit Tertullian. lib. 4. aduersum Marcionem, hos census actos fuisse per Sentium Saturninum, quem etiam his ipsis temporibus Syriae praefidem edit Iosephus libro Ant. 16. cap. 13. Titii successorem. (Nam mendose apud Iosephum libro 16. cap. 12. legitur *πρό τῆς ἀνατολῆς*) vt ex Strabone lib. 16. & factis Capitolinis liquet, sicut rursum Saturnino Quintilius Varus successit. Fueruntque omnes isti consules, nempe M. Titius Rufus A. V. c. 722. Messalla suffectus. Sentius Saturninus autem A. V. c. 734. Quirinius Varus A. V. c. 740. Denique P. Sulpitius Quirinus A. V. c. 741. qui fuit annus imperii Augusti 35. vndecim circiter annis ante Christum natum. De quo Quirino multa Tacitus lib. Annaeum 3. Quinam igitur Syriae tunc Cyrenius praefuerit? Nam mortuo quoque Herode Varum Syriae praefidem fuisse constat ex eodem Iosepho lib. 17. cap. 13. Hic certe nodus diu multumque me fatigauit, donec illum mihi Iustinus Apolog. 2. solueret, hunc ipsum

Praefides Syriae.

Cyrenium vocans *κυρήνιον* in Iudaea Caesaris procuratorem, eo videlicet adhuc superstitē Herode magno, ad hos tum in Iudaea, tum in Syria *τῆς οἰκουμένης* census peragendos missum. Neque his obstat vel quod praefidis Syriae appellatio Quirino consulari tribuitur, qui tamen fuit duntaxat Caesaris procurator, vel quod per Saturninum dicit Tertullianus hos census esse peractos. Et si enim magnum erat inter ipsos praefides, & Caesaris procuratores, ex equitibus vel libertis Caesaris delectos, discrimen, quorum alii in minores prouincias praefidibus maiorum obnoxias mittebantur, alii ipsis maiorum prouinciarum praefidibus adiuncti rationes duntaxat Caesaris procurabant: tamen dubium non est, quin praefides gratiam Caesaris ambiebant non est, quin praefides gratiam Caesaris ambi-

Cyrenius procurator.

ent. Sed & census constat actos sub Augusto nunc in Iudaea per Sentium Saturninum, apud quos genus eius inquirere possent. Baronius primo vt certum statuit animum Claudi Cyreni quintum incidisse in consulatum Sentii Saturnini, propterea vt quod eundem dicitur fuisse, quia sub eius consulatu per eum actum dicitur fuisse, quia sub eius consulatu per eum actum dicitur fuisse, quia sub eius consulatu per eum actum dicitur fuisse.

Procuratorum Caesaris potentia.

§. 4. At cur Tertullian. lib. 4. aduersus Marcionem cap. 19. Census, ait, actum per Sentium Saturninum? Sed & census constat actos sub Augusto nunc in Iudaea per Sentium Saturninum, apud quos genus eius inquirere possent. Baronius primo vt certum statuit animum Claudi Cyreni quintum incidisse in consulatum Sentii Saturnini, propterea vt quod eundem dicitur fuisse, quia sub eius consulatu per eum actum dicitur fuisse, quia sub eius consulatu per eum actum dicitur fuisse, quia sub eius consulatu per eum actum dicitur fuisse.

Verum haec gentiles approbatur de descriptione temporisque rationem, & causam referunt: Iulianus apud Cyrell. Alexand. l. 6. contra Iulian. Lucae historiam de Maria & Iosepho descriptis veram agnoscunt. De magistratibus vero agitur, non procuratoribus Caesaris.

Iosephum errasse docet Baronius, in suo apparatu dicitur: In quam praeterea absurda & portentosa mendacia incidat necesse est, qui de anno Herodis Regis inconspicue sententiam Iosepho fidem adhibendam putavit: ex seipso qui quatuordecim annis ante Christum natum; adeo vt e ratione non tantum qua S. Lucas de Herode scribit, sed & qua Matthaeus narrat, si Iosepho deus aures, fide careant (quod nefas est dicere) necesse sit.

Et: Quanta est insuper in eodem autore inconstantia, dum anno decimo sexto Herodis Regis, Varum fuisse praefidem Syriae tradit; postea vero ait eum suscepisse Sentio Saturnino, anno ante ipsius Herodis obitum; cum inter vtique temporum spatium anni intercurrant saltem viginti necesse quod postea dicit, eundem Varum iterum eo missum, cum nec Iosephus, nec alij id testentur. Vide Iosephum lib. 5. cap. 13. Ant. & lib. 17. cap. 7.

Ordo Praefidum Syriae a Baronio itrefigurabiliter monio constituitur. Anno vrbis 742. consularum gestis P. Sulpitius Quirinus cum Valerio Messalla, ac deinde in Syrum est profectus, nam in Cilicia, quae iuncta erat Syriae castella Haman de seipsum expugnauit, & triumphum insignia accepit. At dubium non est, inquit Baronius, illos consiliauissē in prouincia bella gerere, qui illis praefessim Proconsules, sine Praefides: nec vlla dubitatio est, sub prouincia Syriae Ciliciam esse redactam: quod rationibus fateri opus est, Quirinum in Syriae Praefidem missum esse post suum consulatum, anno ab vrbe condita septingentesimo quadragesimotertio post ipsum vero subrogatos potius quos scribit Iosephus, Sentium Saturninum, & Volucentium, quorum praefecturam diuturniorem fuisse idem auctor testatur. Anno vero ab vrbe condita septingentesimo quadragesimo octauo praeficitur Syriae totique orienti C. Caesar, Augusti filius Adopitius: quo defuncto, nullus alius subrogatus reperitur, nisi qui ab Euangelista recensetur, idem qui supra Quirinus, idemque dicitur Cyrenius; quem Praefectum tunc Syriae, ea qua de eodem Quirino citato loco scribit Tacitus, praefecit, dum ait, praefecit dicit C. Caesari ad bellum Armeniacum, quando diximus ex Dione, & Velleio patet, quod Syria simul & totius orientis illi creditam praefecturam: dicitur insuper fuisse eidem adhuc adolescentulo, necdum viginti annorum agenti rectorem eundem P. Sulpitium Quirinum. Ita vero (vt ex Dione diximus) in prouincia defuncto, cum nullus alius substitutus legatur; Quirinum remansisse Syriae praefidem, nulla debet esse dubitatio. Hic autem habuit successorem Quintilium Varum, quem eodem auctore constat mansisse in eo magistratu vsque ad consulatum Sulpitii Camerini, & Poppaei Sabini, anno Christi redemptoris nostri vndecimo. Cui non Quirinus, vt Iosephus habet, sed M. Ambius, est subrogatus; nisi velimus dicere eundem Quirinum adhuc tertio in Syriae praefidem missum. Ambius autem est suffectus Sentii Rufus, cuius tempore (vt idem Iosephus testatur) Octavianus Augustus mortuus est.

§. 4. At cur Tertullian. lib. 4. aduersus Marcionem cap. 19. Census, ait, actum per Sentium Saturninum? Sed & census constat actos sub Augusto nunc in Iudaea per Sentium Saturninum, apud quos genus eius inquirere possent. Baronius primo vt certum statuit animum Claudi Cyreni quintum incidisse in consulatum Sentii Saturnini, propterea vt quod eundem dicitur fuisse, quia sub eius consulatu per eum actum dicitur fuisse, quia sub eius consulatu per eum actum dicitur fuisse, quia sub eius consulatu per eum actum dicitur fuisse.

ADAMI
+ EUANG
CYR

